



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

4 Vtrum in defectu ludi possit esse aliquod vitium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

redditur, dicitur enim quod ludere ex avaritia non vocatur ex hoc quod homo non luderet nisi apposita pecunia. Hoc enim non est sufficiens avaritiae signum, quoniam aliunde hoc provenit, ex eo scilicet quod vult quis quod in veritate ludatur: & cum ludus velut quidam sit pugna, victoria vere delectabilis sit, ex hoc ipso quod ille cum quo luditur in veritate fecit quod potuit, tamen succumbit. Non creditur autem quod in veritate ludatur nisi pecunia interiaceat perdenda. Et similiter non vocatur quis ludere ex avaritia, ex eo quod vellet vincere: hoc enim ludus suppositio, est naturalis appetitus effectus, tum quia videtur dicitur, ludus in quadam pugna ludentium consistit tum quia naturaliter homo refugit defectum, in quo consistit perdere, & appetit excellentiam, in qua consistit vincere. Sed vocatur quis ludere ex avaritia, quoniam principale motum ad ludendum est lucrum quod quisque de se ipso optime novit, quando ex tali intentione principaliter movetur. Et hi proprie non vocantur ludere: quoniam finis ludis, quae delectatio est, non movet illos, sed abulores sunt ludi ad turpe lucrum ne goriatoresque per ludum potius appellandi sunt. De huiusmodi igitur appellatio ludi ob avaritiam, iuxta de doctrinam auctoris, in hoc loco dicendum est, quod non est peccatum mortale secundum se. Ratio est, quia non assumit actum secundum se mortale ex nocimento proximi, sed actum avaritiae ex parte cupiditatis, & modi turpis multipliciter. Ad cuius clarum intelligentiam recolito ex supradictis in q. 118. ar. 3. & 4. quod avaritia, ut opponitur iustitiae, est secundum se peccatum mortale ut autem opponitur liberalitati, non est secundum se peccatum mortale, nisi forte quia finis ultimus ponitur in pecunia. Actus igitur avaritiae in ludo interveniens, si secundum se est mortalis, oportet vel quod contrarie iustitiae consistat autem, absolute loquendo, quod nullius iustitiae violatur ex hoc, quod duo dicitur rerum libere exponunt illas damno, vel lucro, per viam ludis quia scienti & volenti libere in his, quorum est pro se voluntate dicitur, non fit iniuria, igitur autem scilicet & vult pecuniam suam, cuius est libere pro sua voluntaria dispositione dicitur, tali lucro, vel damno, per talem viam, ludi, exponere, non est igitur hic avaritia, quae iustitiae contrariatur. Vel quod sic contrariatur liberalitati, quod finem ultimum in pecunia lucro ponat. Sed constat, quod hoc cum ad intentionem affectum ludentis spectet, non oportet uniusalteri esse verum, nec per se pertinet ad rationem ludis. Et prope exclusiva utraque, mortali avaritia a ludo ob avaritiam, sequitur quod non est secundum se mortale peccatum ludere principaliter ob cupiditatem lucris, sed est peccatum grave ac turpe. Nam ex ipsa cupiditate lucris ex inordinata via, peccatum est non parum. Ex eo vero quod homo a rationis industria, quae pe-

Ad primum ergo dicendum, quod aliqua sunt peccata propter solam intentionem, quia in iniuriam alicuius sunt, quae quidem intentionem excludit ludus, cuius intentio ad delectationem fertur, non ad iniuriam alicuius. & in talibus ludus excusat a peccato, vel peccatum diminuit. Quaedam vero sunt quae secundum suam speciem sunt peccata, sicut homicidium, fornicatio & similia: & talia non excusantur per ludum, quinimo ex his ludus reddit flagitiosus, & obsequus.

Ad secundum dicendum, quod superfluitas in ludo pertinet ad incepta letitiam, quae Gregorius dicit esse filia gulae. Unde ex odii 37. dicitur. Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere.

Ad tertium dicendum, quod sicut dicitur, est ludus est necessarius ad conversationem humane vite. Ad omnia autem sunt vitia conversationi humanae deputari praeter aliqua officia licita: & ideo est officium iustitiam, quod ordinatur ad solatium hominibus exhibendum, non est secundum se illicitum, nec sunt in statu peccati, dummodo moderate ludo utantur. In non utendo aliquibus illicitis verbis, vel factis ad ludum: & non adhibendo ludum negotiis, & temporibus indebitis. Et quavis in rebus humanis non vultur alio officio coparatione ad alios homines, tunc per comparisonem ad seipsum & ad Deum, alias habet seriosas & virtuosas operationes, puta, dum orat, & suas passionem & operationes componunt, & quibus est pauperibus eleemosynas largiuntur. Unde illi

Ad cuius clarum intelligentiam recolito ex supradictis in q. 118. ar. 3. & 4. quod avaritia, ut opponitur iustitiae, est secundum se peccatum mortale ut autem opponitur liberalitati, non est secundum se peccatum mortale, nisi forte quia finis ultimus ponitur in pecunia. Actus igitur avaritiae in ludo interveniens, si secundum se est mortalis, oportet vel quod contrarie iustitiae consistat autem, absolute loquendo, quod nullius iustitiae violatur ex hoc, quod duo dicitur rerum libere exponunt illas damno, vel lucro, per viam ludis quia scienti & volenti libere in his, quorum est pro se voluntate dicitur, non fit iniuria, igitur autem scilicet & vult pecuniam suam, cuius est libere pro sua voluntaria dispositione dicitur, tali lucro, vel damno, per talem viam, ludi, exponere, non est igitur hic avaritia, quae iustitiae contrariatur. Vel quod sic contrariatur liberalitati, quod finem ultimum in pecunia lucro ponat. Sed constat, quod hoc cum ad intentionem affectum ludentis spectet, non oportet uniusalteri esse verum, nec per se pertinet ad rationem ludis. Et prope exclusiva utraque, mortali avaritia a ludo ob avaritiam, sequitur quod non est secundum se mortale peccatum ludere principaliter ob cupiditatem lucris, sed est peccatum grave ac turpe. Nam ex ipsa cupiditate lucris ex inordinata via, peccatum est non parum. Ex eo vero quod homo a rationis industria, quae pe-

A cuncta comparanda est, & conservanda, se deiecit, & fortuito eventum conservationem, perditionem, & acquisitionem peccatae submittit, turpis efficitur, & tanto turpius, quanto ab his lucris intendit, quibus bene faciendum est. Lamentis, ut Aristoteles dixit. Et propterea turpe lucrum appellatur, quod ludo acquiritur. Simile autem iudicium est de vocatis commissis, videlicet cum aliqui dispendantes de aliquo eventum futuro, committunt suas pecunias, ut si evenit pars affirmativa lucrati mille si negativa, perdat totidem, vel minus, prout spes maior pro altera parte est. Deest ad quod peccata sunt huiusmodi, moralia tamen peccata secundum se non sunt. Et hoc dicitur stando infra moralium limites, hoc est, seclusis legibus, & fraudibus, & alijs malis circumstantijs.

qui moderate eis subveniunt non peccant, sed iuste faciunt, mercedem ministerij eorum exhibendo. Si qui autem superflua in tales consumunt, vel et iustitiam illis histrionibus qui illicitis ludis utuntur, peccant, quasi eos in peccato foventes. Unde Augustinus dicit super Ioannem, quod donare res suas histrionibus, vitium est immane, nisi forte aliquis histrionum esset in extrema necessitate in qua esset ei subveniendum. Dicitur in n. Ambrosius in libro de officio. Pasce fame morientem. Quis enim pascedo hominem servare poteris, si non paveris, occidisti.

ARTICULVS III.

Utrum in defectu ludi consistat aliquod peccatum.

Ad quartum sic proceditur. Vnde in defectu ludi non consistat aliquod peccatum. Nullum enim peccatum interdicitur peccati: sed Augustinus dicit de peccato loquens. Cohibeat se a ludis, a spectaculis seculi, qui perfectam consuetudinem vult remissionis gratiam. ergo in defectu ludi non est aliquod peccatum. ¶ 2. Preter. Nullum peccatum ponitur in commendatione sanctorum: sed in commendatione quorundam ponitur quod ad ludo abstinerunt dicitur in Hieronimo. Non sedit in consilio ludentium, & Tobias 3. dicitur. Nunquam cum ludentibus miscui me neque cum his qui in levitate sensus ambulant, participare praebui. ergo in defectu ludi non potest esse peccatum.

non deceat, quia tamen hoc non dicitur notabilem iniuriam loci sacri, peccatum mortale non est secundum se. Ludere autem ex causa rationabili pura, si aliqua necessitate infernum ibi oportet ludere ut non dormiat, nullum peccatum est. Et inde videtur cum tempore belli clausi sunt fideles in ecclesia, & tanquam egissent excussione otij, aut somni per aliquem honestum ludum: quoniam concessio principali, hoc est, habitatione tunc in loco sacro, concessa quoque intelliguntur accessoria honesta. Sine rationabili autem causa, ex levitate animi ludere in loco sacro, in his ludis qui non sunt specialiter prohibiti, & sine scandalum, & sine actibus indecentiam loco faciendis, veniale est secundum auctoris hic doctrinam, quoniam nullius legis contemptus hic intervenit. Secus in specialiter prohibitis, ut ludo ludis theatralibus, & similibus, in quibus contemptus interpretatiuus, saltem legis canonicae a populo facto intervenit: & circumstantia autem per se eadem distinctione vrendum est, quod scilicet rationabili subsistente causa, etiam ad aleas ludere potest clericus sine scandalo, puta, si infirmus non potest alia via a somno auerti. Ex levitate autem & sine scandalo ludere clericus, veniale est, nisi ex natura actus qui assumitur in ludum, repugnet clerico, ut assumere arma, larvas, & huiusmodi.

Secunda Secundae S. Thomae. FFF 2 di.

Tract. ros. p. Ioan. parum ante mediu. 10. g.

Referat dist. 86. c. Pasce.

4. Ethic. lect. 16.

Lib. de uera & falsa penit. cap. 1. §. 2. medio, ro. 4.

De Modestia, in duos articulos diuisa.

ENDE considerandum est de modestia secundum quod consistit in exteriori apparatu.

Primo, Vtrum circa exteriorem apparatum possit esse virtus & vitium.

Secundo, Vtrum mulieres peccent mortaliter in superfluo ornatu.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum circa exteriorem ornatum possit esse virtus & vitium.

AD PRIMUM sic proceditur. Vt quod circa exteriorem ornatum non possit esse virtus & vitium. Exterior enim ornatu non inest nobis a natura, un & in diuersitate temporu & locorum variatur. Vnde Augustinus dicit in 3. de doct. chri. talares, & manicatas tunicas hie apud veteres Romanos flagitiu erat nunc autem honesto loco natis non eas hie flagitium est: sed sicut Phil. dicit in 2. Ethic. naturaliter inest nobis aptitudo ad virtutes. ergo circa huiusmodi non est virtus & vitium.

Præterea si circa exteriorem cultum esset virtus & vitium, oporteret quod etiam superfluitas in talibus esset vitiosa, & etiam delectus vitiosus: sed superfluitas in cultu exteriori non est vitiosa, quia sacerdotes & ministri altaris in sacro ministerio vitiosissimi uestib. utuntur. Similiter etiam delectus in talibus non videtur esse vitiosus, quia lau de quorundam dicit ad Heb. 11. Circueiunt in melotis, & in pellibus caprinis. non ergo videtur quod in talibus possit esse virtus & vitium.

Præterea Omnis virtus aut est theologica, aut moralis, aut intellectualis: sed circa huiusmodi non consistit virtus intellectualis, quæ perficitur in aliqua cognitione veritatis. Similiter etiam nec est ibi virtus theologica, quæ habet Deum pro obiecto, nec est etiam aliqua virtutum moralium, quas & Phil. tangit. ergo videtur quod circa huiusmodi cultum non possit esse virtus & vitium. Sed contra. Honestas ad virtutem pertinet: sed in exteriori cultu

Præterea Andro. ponit austeritatem, quam inter virtutes enumerat, esse habitum, secundum quem aliqui nec afferunt alijs delectationes colloctionum, neque ab his recipiunt: sed hoc pertinet ad defectum ludi, ergo defectus ludi magis pertinet ad virtutem quam ad vitium.

SED CONTRA est, quod Phil. in 2. & 4. Eth. ponit defectum in ludo esse vitiosum.

RESPON. Dicendum, quod omne quod est contra rationem in rebus humanis, vitiosum est. Est autem contra rationem ut aliquis se alijs onerosum exhibeat, puta, dum nihil delectabile exhibet, & etiam coram delectationes impedit. Vnde Seneca dicit. Sic te geras sapienter quod nullus te habeat tanquam asperum, nec contemnat quasi vile. Illi autem qui in ludo deficiunt, nec ipsi dicunt aliquod ridiculum, & dicunt molesti sunt, quia si moderatos aliorum ludos non recipiunt: & ideo tales vitiosi sunt, & dicunt duri, & agrades, ut Phil. dicit in 4. Eth. sed quia ludus est utilis propter quietem & delectationem: delectatio autem & quies non propter se quaeritur in humana vita, sed propter operationem, ut dicit in 10. Ethico. ideo defectus ludi minus est vitiosus, quam ludi superexcessus. Vnde Phil. dicit in 9. Eth. quod pauci amici propter delectationem sunt habendi: quia parum de delectatione sufficit ad vitam quasi pro condimento, sicut parum de sale sufficit in cibo.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod quia penitentibus luctus indicit pro peccatis, ideo interdicit eis ludus. Nec hoc pertinet ad vitium defectus, quia hoc ipsum est secundum rationem, quod in eis ludus diminiatur.

AD SECUNDUM dicendum, quod Hieremias ibi loquitur secundum congruentiam temporis, cuius status magis luctum requirebat. Vnde subdit. Solus sedebam, quoniam amaritudine repleti me. Quod autem dicit Tobias 3. pertinet ad ludum superfluum, quod patet ex eo quod sequitur. Neque cum his qui in leuitate ambulabant, participem me præbui.

AD TERTIUM dicendum, quod austeritas secundum quod est virtus, non excludit omnes delectationes: sed superfluas, & inordinatas. Vnde ut pertinet ad affabilitatem, quam Philosophus amicitiam nominat, vel ad eutrapeliam sicut iucunditatem: & tamen nominat & diffinit eam sic secundum convenientiam ad temperantiam, cuius est delectationes reprimere.

Lib. 3. de 7. Be. h. 4. c. 8. l. 5.

Lib. 4. cap. 8. par. 2. principio, to. 5.

Lib. 10. ca. 6. to. 5. Lib. 9. c. 10. a medio, to. 5.

Lib. 4. Ethic. c. 6. to. 5.